

IVRIS FORENSIS SAXONICI  
RACEMATIONEM  
AD  
PRIVILEGIA  
PAVPERVM  
SPECTANTEM

PRAESIDE

CHRISTIANO HANACCIO  
I. V. D. IVR. SAX. PROF. PVBL. ORD. FACVL  
TATIS IVRID. ASSESSOR. EXTRAORD

RESPONDENS  
ERNESTVS Gottlieb SCHEIBNERVS  
OSSIT. MISN.

DIE IAN. 13, 13 CXXXVI.  
TEMPORE LOCOQVE CONSVENTO  
PVBLICE  
TVEBITVR.



VITEMBERGAE  
TYPIS VIDVAE KOPERSTEINIANAE.

ist. Saxon.  
K.  
196, 12.

16 Jan. 13 CXXXVI. 2176  
Fasc. II. 256.



**V**bi, contra pauperem, qui tamen paupertatis iure nondum utitur, diuitis cuiusdam pruritus malevolumque litigandi propositum animaduertitur, huic iuriandum calumniae ante, quam alteri paupertatis sacramentum decernatur, merito iniungendum est.

Probatur per generalem dispositionem Ord. ueter. tit. 33. et Decif nou. 70.

- Accedit ratio, 1. quod praestet calumniae diuitis mature occurrere, quam pauperi extra ordinem, ac non sine aliorum incommodis, succurrere.
2. Quod diuitis rixandi libido ac temeritas nondum satis repressa atque cohibita videatur, ut illa iustae pauperis causae nocere nequeat huiusque uictoriam tandem efficere inanem.

### THES. II.

Reus pariter, atque actor, imo uterque simul, priuilegiorum, quae, paupertatis causa, obtinent, particeps fieri potest, si modo uterque hic illud legitime praestet, sine quo ius paupertatis alioquin non conceditur, arg. Ord. recog. ad tit. I. §. 13. verb. et vertrete gleich Klägers, oder Beflagtens Stelle 2c.

Ratio dubitandi, quod contra pauperem, ob deficientem exactionem, nemo facile litem sit moturus.

Rat. decid. Reus, existimationem, uitam ipsam, aut patrimonium futurum, cuius acquisitionem uariis modis potest sperare, iuste defensurus, priuilegio paupertatis haud indignus habetur.

### THES.

## THES. III.

Si pauper, coram iudice inferiore litigans, in manifesta nersat uideatur calumnia, uel iuramentum malitiae praestare non ualeat, dicasteria non tam, de priuilegio denegando, quam, de re ipsa ad Superiorum deferenda Indicem, sententiam ferre poslunt, arg. *Ord. uet. tit. I. §.* Würde sich nun re. et *Recog. ad d. tit. §. 14. in fin.*

Valet omnino argumentum a indice inferiore, ad dicasteria, ita, ut, quod illi haud licet, neque his integrum sit.

Ratio secundaria, quod monitum Ordinum Prouincial. cognitionem dicasteriorum diserte hic suadentium, in noua lege merito neglegatum fit.

Nam, si sententia admitteretur, tum etiam leuteratio, uel appellatio, contra illam admittenda foret, quod certe causam principalem nimis remoraretur.

## THES. IV.

Licet in antecessum certo nondum constet, multis litis sumptibus opus esse futurum, v. c. in iudiciis prouocatoriis ante, quam prouocatus comparuit mouitque actionem ipsam; nihil tamen fecius pauperum iura rite petentibus sunt concedenda.

Exceptio, si iudex ipse, donec lis fiat matura paulloque sumptuosior, expectare uelit.

Bene hic prudenterque omnino agit, si et paucas suas praefentes sporulas a prouocante potius commode exigat, et, iuramentis, alioquin necessariis, paullisper parcendum, ducat.

## THES. V.

Cum iuramento calumniae generali, apud nos generatim haud recepto, uid. *Ord. uetr. tit. 33.* iuramentum illud malitiae, quod, praeter iuramentum paupertatis, hic praestat ille, qui priuilegia paupertatis obtinere cupit, reuera coincidit.

## THES. VI.

Paupertatis illud sacramentum, siue partem eius assertoriam, siue promissoriam, respicias, benignam illam sine dubio admittit in-

)? ( 2 ter.

erpretationem, ut neque ipsius pauperis ac suorum, quos hic alere debet, consuetis detrahatur alimentis, neque ipse, suum vel suorum genium defraudando, sumptus litis comparcere debeat.

### THES. VII.

**Quando ad illius, qui, paupertatis iure usus, nondum restitu-  
it, patrimonium cooritur concursus creditorum, iudex, prae reli-  
quis creditoribus communibus, nullo gaudet iure potiori, nisi litis,  
in quam hic uertit, emolumentis, communis bona debitoris sint au-  
2, a: g. Ord. recog. ad tit. 42. §. 1.**

**Ratio 1.** Quod pauper, se omnia restituturum esse, promittat, hoc, sal-  
uo iure cuiusvis tertii, fieri intelligitur.

**2.** Deficit lex, iudici plus, quam hic positum est, tribuens.

**3.** Si bona debitoris, existente iam concursu, demum augeantur, ratio  
dubitandi adesse potest nulla.

**4.** Sin iam ante concursum aucta fuerint, ratio dubitandi, summa le-  
gis Saxonicae aequitate facile diluitur.

### THES. VIII.

Absentis curator, qui illius nomine iura paupertatis prensat,  
a malitia quidem iure iurando solutus est ac liber, paupertatem ue-  
ro iuratus assenseret debet, *Ord. Recog. ad. tit. 1. §. 11.*

Causa remissi iuramenti malitiae est, ut eo facilius defendatur absens.

Rat. dub. quod ad iuramentum paupertatis: Potest forte absens, igno-  
rante maxime curatore, facultates, recens acquisitas, habere.

Rat. decid. Rei expedienda causa, plus habere absentem in bonis,  
quam curator eius certo scit, haud creditur.

### THES. IX.

Si tutor, vel curator, rationibus legitime redditis, paupertatem  
illorum, qui in tutela, vel cura, sunt, iudici satis prober, paupertatis  
juramentum, iubente, uolente Serenissimo, facile possit remitti.

Rationibus enim, quotannis legitime redditis, plene creditur.

### THES. X.

Tametsi, uti antea dictum, tutoribus curatoribusque iusiuran-  
dum

dum malitia remissum omnino est, iudex tamen, sine omni iustitiae cause examine, priuilegia paupertatis impertiri non debet.

Ratio: Quia causa, aperte iniusta, beneficiis iuris indigna censetur.

### THES. XI.

Durante lite, aduocatus, qui illam, pauperis nomine, curat, nihil sportularum sumere debet, *Ord. Recog. ad d. 1. §. 12. uerb.* inzwischen umsonst und ohne Absforderung einiger Sportuln etc. Quae generalis dispositio, iuncto §. 1. tit. 3. *Ord. recog. uerba Ordinationis Curiae Provincialis Vitemberg. de a. 1550. sub rubr. Eyd dörer Procuratoren, fol. 138. C. A. P. I.* Was ihm aber gegeben wird, das soll ihm ziemlicher Weise vor eine Verehrung zu nehmen nicht verbothen seyn, sine dubio abrogauit.

Rat. dub. Quod Aduocati pauperum in d. Curia non amplius habent salarium certum; Multo ergo magis praemia illis, aut honoraria accipere nunc licebit.

Rat. decid. Quod Ius Sax. dd. II. generatim constitutus, omnem excludat distinctionem.

### THES. XII.

Sed lege non reprobatur solutio, si pauper, pendente lite, meliores nactus sit fortunas, *Ord. Recog. d. 1. §. 14. uerb.* oder sonst während Processus et was erlangen et aut, si pauper, praestitis operis, debitum comminuere ualeat, aut alia iusta compensandi existat occasio.

Ratio partim in fauore liberationis et aequitate solutionis debitae, partim in mutuo utriusque consensu, partim denique in utilitate quadam, aliis innoxia, ponenda est.

### THES. XIII.

Quod si pauper aliquis, ob auctum patrimonium, priuilegio, antea obtento, per tempus caruit, sed nunc eodem iterum ualde indigere coepit, utrum ius paupertatis, semel iam antea concessum, et forte extinctum, sua sponte quasi reuiuiscat, an denuo rite imputari oporteat, sine lege definire non ausim.

Media hic uidetur uia, si, omisso malitia iureiurando, solum de paupertate subsecuta iuraretur.

## THES. XIV.

Aduocato, ob eiusmodi causam iter facienti, sumptus itineris  
der baare Verlag zu Fuhr-Roß-Lohn und nōthiger Zebrung, a iudice in  
numerata pecunia exsoluendi sunt, neque eidem in uito hospitium  
**cum** uictu et reliquis, in solutum obtrudi potest.

Ratio 1. Lex tantum de solutione, vom Vorschusse des unentbehrli-  
chen baaren Verlags, disponit, nihil uero de datione in solutum  
fanciuit.

2. In dubio uerbis legis inhaerendum est.

3. Lex insolutum dationem non nisi, utroque consentiente, admittere  
uidetur.

## THES. XV.

Ad pecuniam, a iudice prae numerandam, zum baaren Verlage,  
praeter cetera, merces quidem nuntii, das Bothen · Lohn, pecunia  
uero, pro incommodis itineris, das Mtilen · Geld, aduocatis debita,  
item atque sumptus itineris testibus debiti, non aequae pertinent.

Ratio 1. Nuntius sine mercede sua uiuere non potest.

2. Pecunia, pro incommodis itineris debita, est tantum pars honorarii  
aduocati.

3. Testes in causis pauperum, ob non solutos itineris sumptus, testi-  
monium declinare nequeunt, *Ord. Recog. ad tit. 22. §. 3.*

4. In hac lege non tam solutio eorum sumptuum, quam aliud quip-  
pam discrete praeceptum est.

## THES. XVI.

Qui praefectorum iura ac redditus, una cum iurisdictionis  
administratione et emolumentis, locationis conductionis iure, pos-  
sident, hanc pecuniam e suo soluere debet patrimonio, neque mer-  
cedi, Camerae Regiae debitae, hoc nomine quicquam detrahere  
potest.

Valet hic argumentum a commodis ad incommoda iurisdictionis.

Vi huius argumenti, magistratus quoque oppidanus, quod hic soluen-  
dum est, primum e suo, ac postea deum, in subsidium, e communi-  
ni, sumat aerario.

## THES.

## THES. XVII.

Iniquum haud foret, si diues litis consors lege ad id deuinciretur, ut, pro litis conforto paupere, interim, donec lis sit finita, solueret sportulas.

- Ratio: 1. Communis utriusqne causa, communeque emolumenatum litis.
- 2. Subducto paupere, intuitu ipius litis, eadem manent sportulae.
- 3. Diuitis persuasio iustitiae et spes victoriae, ideoque facile recuperandi impensas, pro paupere factas.

Iura consortii litis, quae, pauperis causa, hinc inde redundare quoque possunt in diuitem.

- 5. Incommodeum, haud exiguum, quod, ne pauper prorsus succumbat, iudici et aduocato imponunt leges, si uidelicet aliud iuuandi remedium, ipsique liti proximus eiusdemque particeps aliquis, deficiat.

## THES. XVIII.

Potest etiam ius paupertatis retro, ad hunc uidelicet effectum, obtineri, ut pauper, qui, ob paupertatem, iuribus suis inuigilare haud ualuit, in integrum restituatur, *Ord. Reg. add. tit. § 13.* tum uero siue dubio preeprimis paupertas etiam retro probari et in hanc sententiam iurari debet.

Nam uerba *Ord. recog. d. I.* und er sein Unvermögen zu deren Fortstellung bescheinigt, etiam ad tempus praeteritum referri possunt et, ob uerba deinceps sequentia: vorhergesetzter Maassen &c. omnino referri debent.

## THES. XIX.

Pauperum heredes, si iisdem paupertatis iuribus, cum defuncto, uti nolint, sed suis sumptibus litem continuare uelint, siue utroque iure iurando malitiae uidelicet ac paupertatis, admittendi sunt.

Non obstat textus *Ord. Recog. d. I.* So sollen hingegen &c. wünschlich praestiret.

Etenim uerba illa ita non sunt captanda, ut inde interpretatio euadat cauillatoria.

## THES. XX.

Priuilegium paupertatis semper est res diuidua, adeoque coheredes singuli, siue in causis, ipso iure diuisis, siue per se talibus, siue etiam in individuis, uersentur, sigillatim illud semper debent obtinere

re

re, neque concessum uni, iuuat alterum, arg. Ord. Recog. d. I. ubi, quod de heredibus, nulla habita causarum ratione, generatum constitutum est, de illorum quoque singulis ualeat, necesse est.

## THES. XXI.

Pauperem, in uariis suis causis, paupertatis priuilegio indigentem, siquidem omnes ac singulae coram uno eodemque agitentur iudice, paupertatis iuramentum semel tantum dixisse, sufficit.

Ratio: Quia legi Saxonicae forensi superflua et frustranea haud compabantur, imo eiusdem universal rationi aduersantur et cum quodam iuramenti abusu coniuncta esse uidentur.

## THES. XXII.

Desideratur lex, pauperi beneficium competentiae ita tribuens, ut ne illi uictoria sua prorsus sit inutilis, sed huius emolumenta, deducta primum pecunia numerata, der gethane baare Verlag, inter iudicem deinde aduocatumque et pauperem ipsum, proportione arithmeticā diuidantur.

Ratio iuris constituendi: 1. Leges, paupertatis priuilegium largientes, uere consultum uolunt pauperibus.

2. Sumptus litis, secundum naturam rei, non debent esse moiores, emolumentis uictoriae.

3. Aequum ergo est piumque, ut hic obtineat distributio arithmeticā.

## THES. XXIII.

Qui, pro paupere iurato, quocum, contra Ord. recog. d. I. §. 14. pactus est, soluere debuit, illi, ab hoc repetendi iolutum, actio competit nulla.

Rat: Qui legem prohibentem aspernatur ac uiolat, in turpi uersatur causa. Solutio ergo hic fit paenae loco;

In paenalibus uero exulat regressus et quodlibet factum, pena dignum, suos tenet autores.

## THES. XXIV.

Pauper iuratus, in ipso licet euentu litis, temeritatem satis prodiderit, nondum tamen periuiri reus censendus est.

Ratio dub. Quod de malitia antea iurauerit.

Rat. decid. Quod de dolo, qui hic requiritur, ab initio liquido satis constare uix ac ne uix quidem possit.